



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||**

**Scaliger, Julius Caesar**

**Lugduni Batavorum, 1600**

Scaliger Attico. S. LXXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

audinem tuam minus probe cures. Quia scilicet amissa, uberrimi fructus industria, iudicii, summique ingenii tui in discrimen venient. Ego sane Deum opt. Max. assiduo obtestor, ut te in optimo statu diutissime valere iubeat. Evidem nos hic perbelle valeremus, nisi pestis, quae aliquot menses refrixisse videbatur, nunc grauius, quam ante, recrudesceret. Plura per forenses occupationes scribere non licet. & haec raptim. sed ignoscas, & me amabis. Tolosæ vi. Non. Iulii.

*Singulari virtuti tue addictissimus*

JOANNES CORASIVS.

## SCALIGER ATTICO

S. LXXII.

HÆC bona fœmina, quæ tibi omnium reliquiarum fortunæ suæ vindici etiam vitam debere profitetur, quotidie clamat apud me, neque meum, neque alias cuiuspiam animum tibi magis deuinctum atque obstrictum esse. Quæ equidem verba cum audio, sane vero in tantis ac tam variis, quæ me vndique obsident, miseriis etiam lætari audeo, quod doctissimus nostri sæculi vir,

P 5                    atque

234 IVL. CÆS. SCAL. E.P.I. LXXII  
atque eloquentissimus, princeps Aquitanici.  
Senatus me apud se tantum posse voluerit,  
ut pene inuitis Fatis ipsis, miserrimæ fami-  
miliae licuerit & conqueri de forensum  
violentia, & tuo præsidio ius suum obtine-  
re. Cæterum quando nondum res abso-  
luta est in iudicio, tametsi non putabam te  
debere amplius obsecrari, conscientiam magni-  
ficentiae, memorem humanitatis tuæ: ta-  
men ei paucerculæ etiam tuta timenti om-  
nia non potui hanc scribendi operam de-  
negare, qua quantum ei officii debeam iure  
necessitudinis, quantum in tua erga me  
bencvolentia speci situm habeam, testatum  
relinquam. Oro te igitur, mi Attice, atque  
etiam obtestor, ut is idem esse aduersus  
eam pergas, qui mea gratia fuiisti hactenus,  
quando illa penitus nostra est, nos autem  
omnes tui. Vale. Ex villula Musarum, in  
summiæ rerum omnium inopia, præsertim  
amicorum. Prid. Idus Septembr.

*Manu Josephi.*

ROBER-